

**CARMINA
NONNULLA EX IIS
QUAE COLLIGI
POTUERUNT
QUAEQUAE...**



... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...

... de illis ...



PASQUALI CICONIAE
VENETIARVM DVCI
SERENISSIMO

Angelus Ándronicus in Patauina
Academia Metaphysicæ Lector
S. D.



VM proximè elapsis diebus
DVX Sereniss. in Diuorum
Ioannis, & Pauli Cœnobio
nostro LAVRENTIVS RI-
CIARDIVS Arretinus artis
medicæ, ac philosophiæ peritissimus Anato-
micam facultatem publice interpretaretur:
ad quem tanquam ad Oraculum audiendū,

tum Medicorum, tum maxima Ciuium
multitudo confluebat: in eo quidem mune
re adeo se gessit, adeo facunde, arguteq; ea
omnia, quæ ad huiusmodi facultatem perti-
nebant, enodauit; adeoq; satis omnium ani-
mis fecit, eosq; sibi deuinxit; vt honoris eius
gratia, eo legente, multa carmina Etrusca, ac
Romana lingua, nec non Græca conscripta,
per manus hominum deuolarent, multaq;
etiam hemicyclo defigerentur. Quorum cum
nonnulla collegerim (quin ipsum audirem,
nulla sane quidem dies præterit) visaq; sint
nequaquam indigna, vt ederentur; decreui
sub tuis felicissimis auspiciis ea prælo man-
dare: quod LAVRENTIO ipsi tam gratum
fore existimo, quàm quod gratissimum. Non
enim sum nescius ob maximas eius virtutes,
sinceramq; qua utitur tibi ipsi, tuisq; omni-
bus medendo, fidelitatem, iam pridem in tuo
ære esse, abs teq; magnopere amari. Quale-
cunque igitur sit munusculum hoc; quod qui-
dem erit amoris, & obseruatiæ in te meæ per-
petuum argumentum, hilari vultu, fronteq;
exporrecta accipere ne graueris. Vale, & re-
gna. Venetiis xiii. Cal. Aprilis 1586.



A D
LAVRENTIVM RICIARDIVM
ARRETIVM ARTIVM,
& Medicinæ Doctorem eximium,
ET ANATOMIAM VENETIIS
PVBLICE LEGENTEM

Fauſti Cornaliſ Brixiani Carmen.

HIC QVIS, odorata præinctus tempora lauro,
Scandit sacra huius limina celsa domus?
Hic ille est, uni tribuit cui nomen, & omne
Artis Apollinea docta Minerva decus.
Qui genus, unde domo? Arretina venit ab urbe:
Edidit & nobis hunc RICIARDA domus.
Si proprium quaeris nomen; LAVRENTIVS iste est,
Cui cingunt merito laurea fersa caput.
Nam legit humanam Anatomem (sedem ecce paratam
Aedibus in medijs, qua sedet ille docens)
Tam facile, & scite percurrens omnia; ut ipsum
Hippocratem credas, Pergameumè senem.
Corpora præterea tanta fouet arte, regitq;
Ut faciat Pylios viuere saepe dies.
O Medicum egregium, decus indelebile nostra
Aetatis, virtus cui data tanta fuit.
Audis, ut arguto moduletur carmina plectro
Phœbus, & Aonium tollat ad astra virum?



E I V S D E M.



QUISQVIS te humana explorantem corpora
cernit ;

Protinus, Anatomes en nouus auctor, ait .

Prisca fides sileat : iam nulla Machaonis ars est :

Nunc opus est nostris cedat & ipsa Coos .

Iure igitur te quisque colit : te versibus ornat :

Virtutes decus hoc promerueret tua .

Sed quia, te dignis extollam ut laudibus ; æstro

Non agor ; alterius musa Maronis erit .

Sed quid proficiat ? cuperet dare sidera cælo :

Nam tua LAVRENTI est gloria clara satis .





E I V S D E M.

VNA inter Diuos infundere dicitur Hebe
Ex auro pateris pocula nectarea.
At tibi mellifluo mortaleis inter ab ore
Contigit Ascrum fundere dulce sophos.
Nectare vernantem superis facit illa iuuentam:
Humanum seruas tu medica arte genus.

E I V S D E M.

VIRBIVS ad vitam reuocatus munere Diua:
Factus est Aeson Colchidos arte puer.
Tu quoq; nunc profugos reuocas in corpore manes:
Utq; senes reparet pulchra iuuenta, facis.





MVM

AD EXCELL.

LAVRENTIVM RICIARDIVM
ARRETINVM ANATOMIAM
VENETIIS PVBLICE
LEGENTEM

Lucae Guadagnolii Arretini
Carmen,



VREA si quondam Arretinā vexit ad astra
Vrbem, qui Tusco conscripsit ludicra versu,
Quiq; hominum tantū mulcebat pectora rhytmis
Terpsicore afflatus; Quidnā LAVRENTIVS heros,
Quid faciet, cum sit medicorum gloria prima?
Hic dum funereo (sic res exposcit) & alto
Suggestu insidit, multis pendentibus ore,
Corporis humani, sic partes explicat omnes;
Illo ut qui melius commisceat vtile dulci,
Haud facile inuenias; sit quanquam grandis in vrbe

*Hac Venetum numerus, qui polleat arte medendi.
Hic clarè ostendit, Latio dum fulminat ore;
Mollis ut innatis tumeat vesica lapillis;
Et rigidi incuruo stupeant in corpore nervi;
Abuolet à nobis requies gratissima somnus;
Frigida vertigo multorum lumina ladat;
Innumeriq; alij diuexent corpora morbi.
Quos licet ostendat; fida his etiam arte medetur.
Nec mirum sibi contingunt si talia: Nanque
Hippocratis nouit melius quis scripta Galeni?
In Sophia aut est vnquam quis penetrabilia gressus?
Sed, si vir tantus te te super Aethera tollit
Vrbs vetus; ecquid erit pretij pro laudibus istis?
Gratia pro tanto qua par referetur honore?
At non est animo tam humili, ut sibi pramia poscat:
Id sat erit, digni si illi reddantur honores:*





PRAESTANTISSIMO
LAVRENTIO RICIARDIO
ARRETINO,

Ioannis Marii Verdizotti.



HICCE hic laurus adest : at non cui Graius
 annis ;
Sed se Phœbus amans iactitat esse patrem .
Cuius in aduersis hominum medicamina morbis
 Sunt frondes faciles , mitis & umbra , salus .
Huc huc Hesperij Vates , huc currite Graij :
 Versibus , & medicum condecorate pium .





MVM
A D E X C E L L .

LAVRENTIVM RICIARDIVM
ANATOMEN PVBLICE
PROFITENTEM,

Excellentissimi Belisarii Gadaldini Carmen,



RIQVERAT *humanas iam pridem incog-
ta mentes*

Anatome, & caca nocte latebat inops.

Quasiuitq; diu Sophia, & Medicina latentem

In tenebris; unquam nec reperire datum.

Ecce illam explorans nuper reuocauit in auras

RICIARDVS medicum; quos parit Arnus, honor:

Deformesq; notas membris, mendasq; receptas

Expulit; amissum restituitq; decus.

Fortunate senex, quasnam persolvere grates

Possumus, aut quamnam premia digna tibi?

Te duce, nunc facilem sese cupientibus offert

Anatome, & Veneta viuet in vrbe diu.



E I V S D E M.



DVM mira humani structuram corporis arte
Membrorumq; usum, temperiemq; doces;
Non cessat stupefacta tuas sapientia dotes
Efferre, ingenium nec medicina tuum.

Tu propria exuperas omnes virtute magistros;
Parq; tibi hanc sedem scandere nemo potest.

Perge age secretas Natura pandere causas:
Sic tua LAVRENTI fama perennis erit.





PRAESTANTISSIMO
LAVRENTIO RICIARDIO I
ANATOMICAE FACULTATIS
LECTORI.

Claudius Giardinius



GOVVS, an Arreti civis LAVRENTIVS,
alma
Explicat Anatomes abdita quaq; loca?
Nempe simul dicas te utrumque audire, loquentes
LAVRENTI voces, verba sed Hippocratis.
Quin magnus loquitur Phœbus, dum disserit iste:
Phœbus in istius pectore, & ore viget.
A lauro non immerito LAVRENTIVS ergo
Diceris, & laurus convenit ipsa tibi.
Hinc te sacra sua LAVRENTI fronde coronat
Laurus, & aternus te comitatur honos.



EXCELL.^{MO} DOMINO

LAVRENTIO RICIARDIO

ANATOMIAE

LECTORI.

Augustini Parmisii Arretini Carmen.



PERGAMEVM quondam celebris si fama
 Galenum
 Stellatas superum vexit ad usque domos;
 Hac te eadē (haud fallor) LAVRENTI tollet ad astra;
 Vives sic semper nomen ubique tuum.
 Tu quia dum legis, atque agrotis pharmaca prabes;
 Artis Apollinea diceris esse parens.





E I V S D E M.



*Q*UOT gruibus Strymon, vitreis quot piscibus
aquor,

Glandibus Epirus, quot abundat fontibus Ida;

Gargara quot segetes, quot Sydera stellifer Axis,

Terra feras nutrit, volucres agitabilis aer;

Tot tibi persoluit grates Adriaticatellus

LAVRE, quòd abstrusi declaras sensa Galeni.

Sis felix: nam te virtus tua tollet ad astra:

Alter eris nobis Epidaurius, alter Apollo.





EXCELL.^{MO} DOMINO
LAVRENTIO RICIARDIO
ARRETINO,
Lucas Parmisus .



LLE tuas poterit qui cunctas dicere laudes,
Sic poterit stellas connumerare Poli.
Tot tibi conueniunt pro tali munere laudes
LAVRENTI merito ; quot tenet astra Polus .





A D
LAVRENTIVM RICIARDIVM
ARRETINVM PHILOSOPHIAE,
AC MEDICINAE DOCTOREM
EGREGIVM

Magnifici Marci Antonii Bellonii
Tetrastichon.



BERGAMVS insignem medica vocat ar-
te Galenum,
Gracia Phillyriden, Hippocratemq; Coos.
Sed te Marcicola celebrant RICIARDE, coluntq;
Aeternum Adriaca tu decus urbis eris.





Τῷ Λαυρεντίῳ Ριζάρδῳ τῆς Ανατομῆς ἀναγνώστῃ
διασημοτάτῳ,

ὁ Ἰάκωβος Βερτέλλος ἰατρὸς φυσικὸς εὖ χαίρειν.

Νυνὼ φέρετ' ᾧ πάντες Ριζάρδῳ ἀριδείκεια δῶρα,
Εὖρε γὰρ Ἀνατομὴν, σοφίαν, καὶ φάρμακα μούνος.
Πόλλα δίδωκεθ' οἱ, ὃς ἑσφρατάτα δάματα γαίει
Ζεῦς, ἀπὸ μὲν σώματος μέλιτος γλυκίων ρέει αὐδῆ,
Πάντάτ' ἴδωχ' Ἑρμῆς, καὶ πάντα ὀφοῖβος Απόλλων,
Πρὸς τούτοις μούσαι μιν, καὶ χάριτες σιφάνωσαν.



E I V S D E M
BERTELLII SALODIENSIS.

BERTE cito cuncti RICIARDO splen-
didadona

Extulit Anatomicen, Sophia, nam pharmaca solus.
Multa illi tribuit, cui celsum regia Caelum
Iuppiter, ut mel vox oris dulcedine vincat:
Omnia Mercurius donavit, & omnia Phœbus:
Insper hunc Mûsa, & Charites cinxere corona.



AD CLARISS. VIROS
LAVRENTIVM RICIARDIVM
ARRETIVM, PHILOSOPHV M,
AC MEDICVM PRAESTANTISS.
ANATOMIAE LECTOREM,

*Ac Boncium Leonem ostensore, & Paulum Litigatum
incisorem Excellentissimos Anatomicos.*

Magnifici Sebastiani ab Ulmo Carmen.



QVAERERE quid refert praclari scripta
Galenī,
Hippocratis libros voluere quidq; senis;
Si medicina extat nobis inuentor Apollo
Humano indutus pectore, qui loquitur?
Tempora non lauro cinctus: LAVRENTIVS ipse
Ast voluit dici missus ab Aretio;
Corpora membrarum declarans clarius omni,
Caetera quam mostret caelitus huc: radijs;
Atque ut posse suum constaret cella Leonis



EXIMIO
LAVRENTIO RICIARDIO
ARRETINO ANATOMIAM
VENETIIS PVBLICE
LEGENTI.

Ludouici Panzanii .



D te, miraris LAVRENTI, plurima turba
Incluta cur properet, cur propiora petat?
Admitti certet, taceat, cupiatq; doceri?
Cur stupeat pendens? impedimenta vetet?
Ipsius Anatomes cum sit tua lingua figura;
Voce tua loquitur, viuit & ore tuo.
Namque tuis verbis viuit Natura; valetq;
Cum sis ambobus vita, decusq; feras.
Ut Natura placet cunctis; ut viuere dulce est;
Sic audire iuuat singula verba tua.



AD EXCELLENTISSIMVM
LAVRENTIVM RICIARDIVM
ARRETINVM ANATOMIAE
PVBLICVM LECTOREM

Iulii Panzaniï Carmen •



QVIS vatum laudes cythara, fidibusq; canoris
LAVRENTI poterit concelebrare tuas?
Obscuras virtute tua quacunque decora;
Ut sol exoriens sydera cuncta fugat.
Quid mirum? te Phœbus amat; tu munere Phœbi
Ad vitam reuocas corpora sancta virum.
Quid mirum si cuncta doces? quæ munera nostri
Corporis, ut febris nascitur, unde salus.
Hæc quantum valeas ostentant arte medendi,
Alter ut Empedocles, Pergameusve senex.
Hæc miranda legis dum tu, depromis ab alto:
Sunt tibi, qui cupiant cingere fronde comas.
Quæ dum fluvii current: dum sydera Cælo



EXCELL.^{MO} DOMINO

LAVRENTIO RICIARDIO
ARRETINO,

M. Octavius Beltraminus Asulanus.



LAURVS honos Vatum semper stat fronde
virenti:

Virtutisq; decor laureus usque viret.

Gloria sic Medicum LAVRENTIVS undiq; fulget,

Ingenio semper, laurus ut ipsa vizet;

Quòd cum sis laurus LAVRENTI laurea gesta

Tu paris, ut meritò laurifer esse queas.

Hoc tibi, qui laurum sequeris; dat Phœbus Apollo.

Vividiora facis morbida membra virum.

Et cum sis Laurens nulli virtute secundus;

Laurea te virtus reddit in orbe decus.

Hinc te perpetuò celebrabunt carmine Vates;

Atque hinc perpetuò te nemus omne canet.




AD EXCELLENTISSIMVM
LAVRENTIVM RICIARDIVM
ARRETINVM ANATOMIAE
LECTOREM..

Excellentissimi D. Petri Aloysii
Reprugni,



PE Mæcenatis LAVRENTI è sanguine
ductum
Qui sapiat, sanè non eat inficias.
Regali splendore tuis in rebus ubiq;
Consultis, actis, adibus atque nites.
Hippocratis praxim expertam facis; uteris instar
Indice tum methodo, tum ratione medens.
Cuncta rei medica nam regia scita sequuntur,
Qua consultando, quæq; legendo paras.



INCERTI
AVCTORIS.



RENCLYTA, dic hospes, properat quò tur-
ba virorum?
Corpora spectatum, qua ressecanda manu.
Munere vitali defuncta an membra secantur;
Ut nobis vivis commoda ferre queant?
Sic est. Quis legit? ostendas: RICCIARDIVS ille,
Florescet cuius semper ubiq; decus.
Confluere hùc ego tot miror. Quid? si alter ab illo
Vessalio, nobis quem dedit ipse Deus?

FINIS.

